



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini**

**Zyllesius, Nicolaus**

**Treveris, 1638**

74. Margaritæ Parmensis Belgij pro Philippo II. Gubernatricis epistola ad  
Cæsarem Anni MDLXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14268**

est Protector: ita ratio vult, & Abbati & Religiosis prædictæ Abbatia præstetur & donetur omnis & confortatio & assistentia in casu necessitatis; & quod molestati aut grauati fuerint, & quod dictus Abbas nos requisierit, pro vobis authorizandis ad illi faciendum dictam assistentiam, quando requisiti fueritis ad hoc, ne sit opus recurrere ad nos aliquo casu, quo dicta assistentia posset venire nimis tarda propter nimiam distantiam hinc eò. Res, quam ei libentissime accordauimus. Hac de causa, nos requirimus vos, & ex parte suæ Maiestatis mandamus & ordinamus expressè & infallibiter, quod ad requisitionem dicti Abbatis vos habetis illi præstare omnem fauorem & assistentiam per litteras & aliter, secundum exigentiam necessitatis, sic, vt ipse Abbas & eius Religiosi percipiant suam protectionem in eo, quod bono modo fieri potest, nobis cordi esse. Interea Carissimi & dilecti, Dominus noster vos habeat in sua sancta custodia. Bruxellis, decimo octauo Octobris, anni millesimi quingentesimi quinquagesimi noni. Ita signatum.

Margarita.

Et infra. Secretarius Bertis.

A tergo erat scriptum. Nostri Carissimis & dilectis, Gubernatori, Præsidenti, & Consiliarijs Regis in Luxemburg.

74.

*Margaritæ Parmensis Belgij pro Philippo II. Gubernatricis, Epistola ad Cæsarem Anno MDLXVI.*

**A**lterdurchleuchtigster / 2c. aller gnedigster Herr / Mich hat der Würdig / mein lieber / andächtiger Peter Abt des Gottshaus zu Sanct Maximin / durch schreiben demütiglich ersucht vnd gebitten / Nach dem Er vff Ewer Käys. Mayest. gnedigste erforderung seine Verordenten zu jeh surgenommener gemainen Reichsversammlung zu Augspurg gehorsambst abzufertigen entschlossen / vnd er aber denselben vnder andern / auch Ewer Käys. Mayest. sein vnd seines betrangten Gottshaus obligen vnd beschwerden / damit dasselbig jeziger zeit beladen / seiner Eydtspflicht nach / damit er der Abt dem Gottshaus verwanth / in aller vnderthenigster gehorsam furzutragen / vnd dieselb vmb gnedigste hilff vnd einsehen anzuruffen vnd zu bitten vfferlegt vnd befohlen / daß ich ihne derhalben an stat Kön. Würde zu Hispanien / 2c. meines gnedigen Lieben Herren / als gemelts Gottshaus ordentlichen Vogt / Schütz vnd Schirmherren / an Ewer Käys. M. zuerschreiben gerouhen thette: Vnd wiewoll Ich nun in keinem zweiffel stelle / Ewer Käys. Mayest. die werden für sich selbst gedachten Abt vnd Gottshaus / als ein mitglied des Heiligen Reichs seines hochuerursachten klagens in gnedigstem beuelch halten: So hab ich doch in betrachtung der vber gemelts Gottshaus Schus vnd Schirms gerechtigkeit / so von alter her der Kön. Würde zu Hispanien 2c. als Herzogen zu Luxemburg von des H. Reichs wegen vertrauet / vnd beuohlen ermelten Abt dieser seiner zimlicher bitt gewehren wollen / vnd gelanget darauff an Ewer Käys. Mayest. mein ganz demütiges bitten / die wollen mehr ernennen Abt in jezigen seinen vnd seines Gottshaus obligen den beschwerden gnedigst beuohlen haben / vnd in krafft ihres tragenden Käyserlichen Ambts die gnedigste fursehung thun / damit er derselbigen / so vil immer möglichen abgeholfen / vnd das Gottshaus hinfuran ahn seinen zugehörigen Rechten / vnd gerechtigtat

ten / auch hochgedachte Kön. Würden zu Hispanien / et. an ihrem zustehenden Schutze vnd Schirm vnbeschwert vnd vnuernachtheit verbleiben möge. Daran werden Ewer Käyß. Mayestät sonder zweiffel Gott dem Allmächtigen ein hochangenehmes wollgefallen erzeigen / vnd Ich will solches neben mehrgedachtem Abt vnd Conuent mit vnserm andächtigen gebett gegen Gott vmb Ewer Käyß. Mayestät langwirige gesundheit vnd glückselige Regierung zu verthinen gehorsambst gesuffen sein. Datum zu Brüssel in Brabant am 19. tag des Monats Januarij Anno 1566.

E. Käyß. Mayestät

Gehorsambste demätige

Margareta.

*Latine sic sonat.*

**C**lementissime Domine. Venerabilis mihi dilectus, deuotus Petrus Abbas Monasterij S. Maximini me per litteras humiliter requisit ac rogauit, vt posteaquam ipse iuxta V. Cæs. Maiestatis clementissimum mandatum suos deputatos ad iam indictum generalem Imperij Conuentum Augustæ, obsequentissime ablegare decreuit, & ipse illis inter alia, etiam Vestræ Cæs. Maiest. suas & sui afflicti Monasterij prætensiones ac grauamina, quibus illud hoc tempore premitur, iuxta iuramentum præstitum, quo Abbas Monasterio deuinctus est in omni humillimâ obedientiâ exponant, vt ipsam pro clementissimo auxilio & inspectione inuocent & exorent, imposuit & mandauit: Eapropter illis nomine Regiæ Maiestatis in Hispania, mei gratiosi & dilecti Domini tanquam dicti Monasterij legitimi Aduocati, defensoris & Protectoris litteras commendatitias ad Vestram Cæsaream Maiestatem dare velle; Et verò sic, & nullo modo dubitem Vestram Cæsaream Maiestatem sua sponte memorati Abbatis ac Monasterij, vt membris Sacri Imperij iustissimas querelas clementissime commendatas habituram: volui nihilominus considerato dicti Monasterij Protectionis & Aduocati iure, quod antiquitus Regiæ Maiestati in Hispania vt Duci Luxemburgensi, à Sacro Imperio concreditum ac demandatum, hanc dicto Abbati iustissimam petitionem concedere; atque idcirco V. C. Maiest. humiliter supplico, vt velit sæpeditum Abbatem in præsentibus suis ac sui Monasterij incumbentibus grauaminibus clementissime commendatum habere & virtute sui Cæsarei officij clementissime prouidere, vt ab illis, quoad fieri villo modo potest, eximatur, atque Monasterium deinceps in suis annexis Iuribus & Priuilegijs, etiam præfata Regia Hispaniarum in sua ad eam pertinente Aduocata & Protectione sine grauamine & præiudicio manere possit. In hoc V. Cæs. Maiest. absque dubio DEO omnipotenti rem gratiosissimam præstabit, atque ego reciprocè cum sæpedito Abbate ac Conuentu nostris pijs ad Deum precibus pro V. Cæs. Maiestatis diuturna incolumitate ac felici Regimine componere demississime conabor. Datum Bruxellis in Brabantia 19. Januarii Anno 1566.

V. C. M.

Obedientissima, humilis

Margareta.